portantibus motum de loco. vt dicit valla. Sed bene vltima ſupina conferuntur cum nominibus adiectiuis: vt facilis dictu, iucundu aſpectu, horribile viſu. Inuenitur tamen vltimū ſupinum regi a verbo, ſed rariſſime/quod vix ſemel atq̃ iterum inuenitur. M. cato, de re ruſtica, primus cubitu ſurgat: poſtremus cubitum erat, et ſtatius in primo achilleidos. Quem tūc venatum rediturum in limine primo/opperiens ꝛc.

De coloribus varijs pictorū.

Apologia ad lectorē.

Si hic vel in ceteris his noſtris cōmentarijs aliquando errauero: queſo obteſtorq̃ o germāi ſcholaſtici/nolite me caninis dentibus inſequi: aut de amico veſtro triūphare: cum hec omnia noſtra in veſtram vtilitatem ſcribantur: q̄ ſi duces haberē noſtri operis: multo melius veriuſq̃ ſcripſiſſem. Et vt ad inſtitutum accedam, video noſtros plurimū errare: in colorum nominibus: vnde quantum potui: ex Aulo gellio: ceteriſq̃ ſcriptoribus idoneis: quedam de coloribus/excerpſi: in quibus ſi erra uero: corrigite precor non obtrectate. Sunt autem hec ex gellio lib. ij. nocti. at. Fuluus enim ꝛ flauus: ꝛ rubidus et phenice9: et rutilus: et luteus: et ſpadix appellationes ſunt ruffi coloris: aut acuentis eum/quaſi incendentes: aut cum colore viridi mi ſcentes: aut nigro infuſcantes: aut virenti ſenſum albo illuminantes: nam phenicens/quem greci φοινικουν dicūt, noſter eſt: et rutilus, et ſpadix phenicici συνωνυμα .i. cognata: qui factus grece noſter eſt: exuberantiam ſplendoremq̃ ſignificabat ruboris. Fuluus autem color eſt: de ruffo et viridi mixtus. In alijs pl9 viridis: in alijs plus ruffi habere: vnde fulua eſt aquila: et iaſpis: fuluum eſt aurum: et arena fulua: et leo fuluus eſt. Flauus cōtra videt ex viridi ꝛ ruffo ꝛ albo cōcretus: ſic come dicunt flaue: Pacuuius: aquam flauam dixit. Rubidus autem et ruffus atrore nigroreq̃ multo mixtus: mea opinione. teuto a bron. Luteus contra ruffus color eſt dilutior. gantz rot. Hec ex gellio. Viridis item color plurimis vocabulis dicitur. celſ

Ruffi ſpēs

fulu9

Flau9

Rubid9

Lute9

Viridis ſpēs.

ceruleus, glaucus, et paraſinus: Ceruleus tamē greco vocabu-
lo cyaneus ſubviridis eſt, et ſubniger. Hiacynthinus, vel meli
us Janthinus coloꝛ, quem vulgo celeſtinum. Jon enim gre-
ce viola eſt latine, ꝛ et anthos flos hyacynthus, vt dicit Hiero
nymus ſuper ezechielē, eſt lapis qui celi habꝫ ſimilitudinem: q̄
ſi bene, et hyacynthinus bene dicitur celeſtis. Niger autem co
loꝛ alijs nominibus dicitur, pullus, ꝛ fuſcus: et eſt coloꝛ lugen-
tium qui grece anthꝛacinus dicitur, a carbone qui antrax dici
tur. Juſtellinus coloꝛ dicitur, liuidus ꝛ lentiginoſus: et talis
fit in veſtibus que ſanguineis guttis inſperſe ſunt. Inde enim
lentiginoſi fiunt ꝛ maculoſe. Venetus coloꝛ medium tenet in-
ter album et nigrū. id eſt fumeus: quē (vt ego ſentio) noſtri bar-
bare dicunt griſeum: Eundem colorem apud italos iam bery-
thinum, dici audio: vt nuper mihi dixerunt in Innſbruck q̄-
dam exules mediolanenſes. Rauus autem coloꝛ niger eſt mi-
xtus cum fuluo: vt Acron nō peſſimus Horatij interpꝛes au-
ctoꝛ: talis eſt lupoꝝ: vt Horatius in carminibus: aut ab agro
raua decurrens lupa lauinio.

τελοσ